

Sv. omša

VSTUPNÉ OBRADY

Slovenský jazyk

Keď sa ľud zhromaždil, kňaz s prísluhujúcimi ide k oltáru. Medzitým sa spieva úvodný spev. Možno ho nahradiť vhodnou piesňou z JKS.

Pred oltárom kňaz urobí patričnú poklonu, pobožká ho a prípadne ho incenzuje. Potom ide s prísluhujúcimi k sedadlu.

Po skončení úvodného spevu kňaz a veriaci sa prežehnajú, pričom stoja. Kňaz obrátený k ľudu hovorí:

V mene Otca i Syna i Ducha Svätého.

Ľud odpovie:

Amen.

Potom kňaz rozopne ruky a pozdraví ľud slovami:
Milosť nášho Pána Ježiša Krista a láska Boha Otca i spoločenstvo Ducha Svätého nech je s vami všetkými.

alebo

Milosť vám a pokoj od Boha, nášho Otca, i od Pána Ježiša Krista.

alebo

Pán s vami.

Pri tejto formule pozdravu biskup namiesto *Pán s vami* povie *Pokoj s vami*.

Ľud odpovie:

I s duchom tvojím.

Latinský jazyk

Populo congregato, sacerdos cum ministris ad altare accedit, dum cantus ad introitus peragitur.

Cum ad altare pervenerit, facta cum ministris profunda inclinatione, osculo altare veneratur et, pro opportunitate, cruce et altare incensat. Postea cum ministris sedem petit.

Cantu ad introitum absoluto, sacerdos et fideles, stantes, signant se signo crucis, dum sacerdos, ad populum conversus, dicit:

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Populus respondet:

Amen.

Deinde sacerdos, manus extendens, populum salutatur, dicens:

Gratia Domini nostri Iesu Christi, et caritas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.

Vel:

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.

Vel:

Dominus vobiscum.

Episcopus, loco Dóminus vobiscum, in hac prima salutatione dicit *Pax vobis*.

Populus respondet:

Et cum spiritu tuo.

Kňaz alebo diakon, prípadne iný schopný prisluhujúci môže niekoľkými slovami uviesť ľud do omšovej liturgie dňa.

Nasleduje úkon kajúcnosti. Kňaz vyzve veriacich ku kajúcnosti.

Bratia a sestry, uznajme svoje hriechy, aby sme mohli s čistým srdcom sláviť sväté tajomstvá. *(alebo inak)*

Zachová sa chvíľa ticha. Potom všetci spoločne vyznajú svoje viny: (1. formula)

Vyznávam všemohúcemu Bohu i vám, bratia a sestry, že som veľa zhršil myšlienkami, slovami, skutkami a zanedbávaním dobrého.

Pri nasledujúcich slovách sa bijú v prsia:

Moja vina, moja vina, moja preveľká vina.

Pokračujú:

Preto prosím blahoslavenú Máriu, vždy Pannu, všetkých anjelov a svätých, i vás, bratia a sestry, modlite sa za mňa k Pánu Bohu nášmu.

Potom kňaz prosí Pána Boha o odpustenie:

Nech sa zmiluje nad nami všemohúci Boh, nech nám hriechy odpustí a privedie nás do života večného.

Ľud odpovie:

Amen

Sacerdos, vel diaconus vel alius minister, potest brevissimis verbis introducere fideles in Missam diei.

Deinde sequitur actus paenitentialis. Sacerdos fideles invitat ad paenitentiam:

Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

Fit brevis pausa silentii. Postea omnes simul formulam confessionis generalis perficiunt:

Confiteor Deo omnipotenti et vobis, fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo, opere et omissione:

et, percutientes sibi pectus, dicunt:

mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.

Deinde prosequuntur:

Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Sequitur absolutio sacerdotis:

Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam æternam.

Populus respondet:

Amen

2. formula:

Chvíľa ticha.

Kňaz: Zmiluj sa nad nami, Pane.

Ľud: Lebo sme sa prehrešili proti tebe.

Kňaz: Ukáž nám, Pane, svoje milosrdenstvo.

Ľud: A daj nám svoju spásu.

Kňaz: Nech sa zmiluje nad nami všemohúci Boh, nech nám hriechy odpustí a privedie nás do života večného.

Ľud: Amen.

3. formula - príklad: (nahrádza Kyrie – Pane, zmiluj sa)

Kňaz: Pane, Ježišu, ty si bol poslaný uzdraviť skrúšených srdcom: Pane, zmiluj sa.

Ľud: Pane, zmiluj sa.

Kňaz: Ty si prišiel volať hriešnikov: Kriste, zmiluj sa.

Ľud: Kriste, zmiluj sa.

Kňaz: Ty sedíš po pravici Otca, aby si nás zastával: Pane, zmiluj sa.

Ľud: Pane, zmiluj sa.

Kňaz: Nech sa zmiluje nad nami všemohúci Boh, nech nám hriechy odpustí a privedie nás do života večného.

Ľud: Amen.

Nasleduje vzývanie *Pane, zmiluj sa (Kyrie eleison)*, ak ešte nebolo vo formule úkonu kajúcnosti.

Postea sacerdos dicit:

Sacerdos: Miserere nostri, Domine.

Populus: Quia peccavimus tibi.

Sacerdos: Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

Populus: Et salutare tuum da nobis.

Sacerdos: Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam æternam.

Populus: Amen.

Postea sacerdos, invocationes cum Kýrie, eleison profert:

Sacerdos: Qui missus es sanare contritos corde: Kyrie, eleison.

Populus: Kyrie, eleison.

Sacerdos: Qui peccatores vocare venisti: Christe, eleison.

Populus: Christe, eleison.

Sacerdos: Qui ad dexteram Patris sedes, ad interpellandum pro nobis: Kyrie, eleison.

Populus: Kyrie, eleison.

Sacerdos: Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam æternam.

Populus: Amen.

Sequuntur invocationes *Kyrie, eleison, nisi iam præcesserint in aliqua formula actus pænientialis.*

K: Pane, zmiluj sa.

E: Pane, zmiluj sa.

K: Kriste, zmiluj sa.

E: Kriste, zmiluj sa.

K: Pane, zmiluj sa.

E: Pane, zmiluj sa.

V nedeľu okrem doby adventu a pôstu, na slávnosti a sviatky a pri významných príležitostiach nasleduje oslavná pieseň:

Sláva Bohu na výsostiach a na zemi pokoj ľuďom dobrej vôle. Chválime ťa, velebíme ťa, klaniame sa ti, oslavujeme ťa, vzdávame ti vďaky, lebo veľká je sláva tvoja, Pane Bože, Kráľ nebeský, Boh Otec všemohúci. Pane, Ježišu Kriste, ty jednorodný Syn, Pán a Boh, Baránok Boží, Syn Otca: Ty snímaš hriechy sveta, zmiluj sa nad nami. Ty snímaš hriechy sveta, prijmi našu úpenlivú prosbu. Ty sedíš po pravici Otca, zmiluj sa nad nami. Veď len ty si Svätý, len ty si Pán, len ty si Najvyšší, Ježišu Kriste, s Duchom Svätým v sláve Boha Otca. Amen.

Po oslavnej piesni kňaz so zloženými rukami povie:

Modlime sa.

Všetci spolu s kňazom zotrávajú chvíľu v tichej modlitbe. Potom kňaz s rozopätými rukami prednesie modlitbu dňa. Na konci modlitby ľud zvolá:

Amen.

V. Kyrie, eleison.

R. Kyrie, eleison.

V. Christe, eleison.

R. Christe, eleison.

V. Kyrie, eleison.

R. Kyrie, eleison.

Deinde, quando praescribitur, cantatur vel dicitur hymnus:

Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus, Rex caelestis, Deus Pater omnipotens, Domine Fili Unigenite, Iesu Christe, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis; qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus, Iesu Christe, cum Sancto Spiritu: in gloria Dei Patris. Amen.

Quo hymno expleto, sacerdos, manibus iunctis, dicit:

Oremus.

Et omnes una cum sacerdote per aliquod temporis spatium in silentio orant. Tunc sacerdos, manibus extensis, dicit collectam qua expleta, populus acclamat:

Amen.

LITURGIA SLOVA

Lektor ide k ambone a číta prvé čítanie. Všetci sediačky počúvajú. Lektor dá znak, že skončil, slovami:

Počuli sme Božie slovo.

Všetci zvolajú:

Bohu vďaka.

Žalmista alebo spevák prednesie žalm a ľud odpovedá refrénom.

Potom, ak je druhé čítanie, lektor ho číta pri ambone ako predtým.

Dá znak, že skončil, slovami:

Počuli sme Božie slovo. (L: Bohu vďaka.)

Nasleduje Aleluja alebo vhodná pieseň.

Ak sa používa kadidlo, kňaz vloží do kadidelnice tymian. Ak je diakon, ktorý má predniesť evanjelium, skloní sa pred kňazom a potichu prosí o požehnanie slovami:

Požehnaj ma, otče.

Kňaz potichu povie:

Pán nech je v tvojom srdci i na tvojich perách, aby si dôstojne hlásal jeho evanjelium. V mene Otca i Syna † i Ducha Svätého.

Diakon odpovie:

Amen.

Ak nie je diakon, kňaz sklonený pred oltárom sa ticho modlí:

Všemohúci Bože, očisť mi srdce i pery, aby som dôstojne hlásal tvoje sväté evanjelium.

Deinde lector ad ambonem pergit, et legit primam lectionem, quam omnes sedentes auscultant. Ad finem lectionis significandam, lector acclamat:

Verbum Domini.

Omnes respondent:

Deo gratias.

Psalmista, seu cantor, psalmum cantat vel dicit, populo responsum proferente.

Postea, si habenda sit secunda lectio, lector eam ex ambone legit, ut supra. Ad finem lectionis significandam, lector acclamat:

Verbum Domini. (R. Deo gratias.)

Sequitur Alleluia, vel alter cantus a rubricis statutus, prouti tempus liturgicum postulat. Interim sacerdos incensum, si adhibetur, imponit. Postea diaconus, Evangelium prolaturus, ante sacerdotem profunde inclinatus, benedictionem petit, submissa voce dicens: Iube, domne, benedicere.

Sacerdos submissa voce dicit:

Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis: ut digne et competenter annunties Evangelium tuum: in nomine Patris, et Filii, + et Spiritus Sancti.

Diaconus signat se signo crucis et respondet:

Amen.

Si vero non adest diaconus, sacerdos ante altare inclinatus secreto dicit:

Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare.

Potom diakon (kňaz) ide k ambone. Ak je to vhodné, môžu ho sprevádzať prisluhujúci s kadidlom a sviecami. Povie:

Pán s vami.

Lud odpovie:

I s duchom tvojím.

Diakon (kňaz):

Čítanie zo svätého evanjelia podľa M.

Medzitým poznačí znakom kríža najprv knihu, potom seba na čele, na perách a na hrudi.

Lud zvolá:

Sláva tebe, Pane.

Potom diakon (kňaz) incenzuje knihu (ak sa používa kadidlo) a prednesie evanjelium.

Po prečítaní evanjelia diakon (kňaz) povie:

Počuli sme slovo Pánovo.

Všetci zvolajú:

Chvála tebe, Kriste.

Potom diakon (kňaz) pobožká knihu a potichu povie:

Slová svätého evanjelia nech zmyjú naše previnenia.

Nasleduje homília. Je povinná v nedeľu a v zasvätené sviatky. Odporúča sa aj v iné dni.

Postea diaconus, vel sacerdos, ad ambonem pergit, ministris pro opportunitate cum incenso et cereis eum comitantibus, et dicit:

Dominus vobiscum.

Populus respondet:

Et cum spiritu tuo.

Diaconus, vel sacerdos:

Lectio sancti Evangelii secundum N.

et interim signat et seipsum in fronte, ore et pectore.

Populus acclamat:

Gloria tibi, Domine.

Deinde diaconus, vel sacerdos, librum, si incensum adhibetur, thurificat, et Evangelium proclamat.

Expleto Evangelio, diaconus, vel sacerdos, acclamat:

Verbum Domini.

Omnes respondent:

Laus tibi, Christe.

Deinde librum osculatur dicens secreto:

Per evangélica dicta deleántur nostra delícta.

Deinde fit homília, quæ a sacerdote vel a diacono habenda est omnibus diebus dominicis et festis de præcepto; aliis diebus commendatur.

Po homílii, ak je predpísané, nasleduje vyznanie viery.

Verím v jedného Boha, Otca všemohúceho, Stvoriteľa neba i zeme, sveta viditeľného i neviditeľného. Verím v jedného Pána Ježiša Krista, jednorodného Syna Božieho, zrodeného z Otca pred všetkými vekmi; Boha z Boha, Svetlo zo Svetla, pravého Boha z Boha pravého, splodeného, nie stvoreného, jednej podstaty s Otcom. Skrze neho bolo všetko stvorené. On pre nás ľudí a pre našu spásu zostúpil z nebies.

Pri slovách A mocou Ducha Svätého... a stal sa človekom sa všetci uklonia.

A mocou Ducha Svätého vzal si telo z Márie Panny a stal sa človekom. Za nás bol aj ukrižovaný za vlády Poncia Piláta, bol umučený a pochovaný, ale tretieho dňa vstal z mŕtvych podľa Svätého písma. A vystúpil do neba, sedí po pravici Otca. A znova príde v sláve súdiť živých i mŕtvych a jeho kráľovstvu nebude konca. Verím v Ducha Svätého, Pána a Oživovateľa, ktorý vychádza z Otca i Syna. Jemu sa zároveň vzdáva tá istá poklona a sláva ako Otcovi a Synovi. On hovoril ústami prorokov. Verím v jednu, svätú, katolícku, apoštolskú Cirkev. Vyznávam jeden krst na odpustenie hriechov. A očakávam vzkriesenie mŕtvych a život budúceho veku.
Amen.

Homilia expleta, cantatur vel dicitur, quando præscribitur, symbolum seu confessio fidei.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei Unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis.

Ad verba quæ sequuntur, usque ad factus est, omnes se inclinant.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato; passus et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas, et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi.
Amen.

Namiesto veľkého vyznania viery možno recitovať
Apoštolské vyznanie viery.

Verím v Boha, Otca všemohúceho,
Stvoriteľa neba i zeme, i v Ježiša Krista,
jeho jediného Syna, nášho Pána,

*Pri slovách ktorý sa počal... narodil sa z Márie
Panny sa všetci ukлонia.*

ktorý sa počal z Ducha Svätého, narodil sa
z Márie Panny, trpel za vlády Poncia
Piláta, bol ukrižovaný, umrel a bol
pochovaný; zostúpil k zosnulým, tretieho
dňa vstal z mŕtvych, vystúpil na nebesia,
sedí po pravici Boha Otca všemohúceho.
Odtiaľ príde súdiť živých i mŕtvych.
Verím v Ducha Svätého, v svätú Cirkev
katolícku, v spoločenstvo svätých,
v odpustenie hriechov, vo vzkriesenie tela
a v život večný.

Amen.

*Potom nasleduje všeobecná modlitba čiže modlitba
veriacich (prosby).*

*Loco symboli nicaeno-constantinopoli, praesertim
tempore Quadragesimae et tempore paschali,
adhiberi potest symbolum baptismale Ecclesiae
Romanae sic dictum Apostolicum:*

Credo in unum Deum, Patrem
omnipotentem, Creatorem caeli et terrae,
Et in Iesum Christum, Filium eius unicum,
Dominum nostrum,

*Ad verba quæ sequuntur, usque ad María Virgine,
omnes se inclinant.*

qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus
ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato,
crucifixus, mortuus et sepultus, descendit
ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis,
ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei
Patris omnipotentis, inde venturus est
iudicare vivos et mortuos. Credo in
Spiritus Sanctum, sanctam Ecclesiam
catholicam, sanctorum ommunionem,
remissionem peccatorum, carnis
resurrectionem, vitam aeternam.

Amen.

Deinde fit oratio universalis, seu oratio fidelium.

LITURGIA EUCHARISTIE

Po skončení liturgie slova prisluhujúci pripravia na oltári korporál, purifikatórium, kalich a misál. Medzitým sa spieva vhodná pieseň.

Kňaz, stojac pri oltári, vezme paténu s chlebom, drží ju trocha pozdvihnutú nad oltárom a potichu hovorí:

Dobrorečíme, ti, Bože, Pane svetov, že sme z tvojej štedrosti prijali tento chlieb. Obetujeme ho tebe ako plod zeme a práce ľudských rúk, aby sa nám stal chlebom života.

Potom položí paténu s chlebom na oltár.

Ak sa nespieva, kňaz môže tieto slová predniesť nahlas. Na konci ľud zvolá:

Zvelebený Boh naveky!

Diakon alebo kňaz naleje do kalicha víno a trocha vody. Pritom potichu hovorí:

Tajomstvo tejto vody a vína nech nás spojí s božstvom Ježiša Krista, ktorý láskavo prijal našu ľudskú prirodzenosť.

Potom kňaz vezme kalich, drží ho trocha pozdvihnutý nad oltárom a potichu hovorí:

Dobrorečíme ti, Bože, Pane svetov, že sme z tvojej štedrosti prijali toto víno. Obetujeme ho tebe ako plod viniča a práce ľudských rúk, aby sa nám stalo duchovným nápojom.

Potom položí kalich na korporál.

His absolutis, incipit cantus ad offertorium. Interim ministri corporale, purificatorium, calicem, pallam et missale super altare collocant.

Sacerdos, stans ad altare, accipit patenam cum pane, eamque ambabus manibus aliquantulum elevatam super altare tenet, submissa voce dicens:

Benedictus es, Domine, Deus universi, quia de tua largitate accepimus panem, quem tibi offerimus, fructum terrae et operis manuum hominum, ex quo nobis fiet panis vitae.

Deinde deponit patenam cum pane super corporale.

Si vero cantus ad offertorium non peragitur, sacerdoti licet hæc verba elata voce proferre; in fine populus acclamare potest:

Benedictus Deus in saecula.

Diaconus, vel sacerdos, infundit vinum et parum aquæ in calicem, dicens secreto:

Per huius aquae et vini mysterium eius efficiamur divinitatis consortes, qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps.

Postea sacerdos accipit calicem, eumque ambabus manibus aliquantulum elevatum super altare tenet, submissa voce dicens:

Benedictus es, Domine, Deus universi, quia de tua largitate accepimus vinum, quod tibi offerimus, fructum vitis et operis manuum hominum, ex quo nobis fiet potus spiritalis.

Deinde calicem super corporale deponit.

Ak sa nespieva, kňaz môže tieto slová predniesť nahlas. Na konci ľud môže zvolať:

Zvelebený Boh naveky!

Potom sa kňaz sklóní a potichu hovorí:

Prijmi nás, Bože, v duchu pokorných a v srdci skrúšených, a naša dnešná obeta nech nájde zaľúbenie v tvojich očiach.

Ak sa používa kadidlo, kňaz môže incenzovať obetné dary a oltár. Potom diakon alebo iný prisluhujúci incenzuje kňaza a ľud.

Potom si kňaz po strane oltára umyje ruky, potichu hovoriac:

Pane, zmy zo mňa moju vinu a očisť ma od hriechu.

Kňaz, stojac uprostred oltára obrátený tvárou k ľudu, rozopne a znova zloží ruky, pričom hovorí:

Modlite sa, bratia a sestry, aby sa moja i vaša obeta zaľúbila Bohu Otcu všemohúcemu.

Ľud odpovie:

Nech Pán prijme obetu z tvojich rúk na chválu a slávu svojho mena, na úžitok nám i celej svätej Cirkvi.

Potom kňaz s rozopätými rukami prednesie modlitbu nad obetnými darmi. Ľud ju uzavrie zvolaním:

Amen.

Si vero cantus ad offertorium non peragitur, sacerdoti licet hæc verba elata voce proferre; in fine populus acclamare potest:

Benedictus Deus in saecula.

Postea sacerdos, profunde inclinatus, dicit secreto:

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur a te, Domine; et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Et, pro opportunitate, incensat oblata, crucem et altare. Postea vero diaconus vel alius minister incensat sacerdotem et populum.

Deinde sacerdos, stans ad latus altaris, lavat manus, dicens secreto:

Lava me, Domine, ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me.

Stans postea in medio altaris, versus ad populum, extendens et iungens manus, dicit:

Orate, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Populus surgit et respondet:

Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque Ecclesiae suae sanctae.

Deinde sacerdos, manibus extensis, dicit orationem super oblata. Populus acclamat:

Amen.

Kňaz začne eucharistickú modlitbu. Rozopne ruky a povie:

Pán s vami.

Lud odpovie:

I s duchom tvojím.

Kňaz pozdvihne ruky a pokračuje:

Hore srdcia.

Lud:

Máme ich u Pána.

Kňaz s rozopätými rukami dodá:

Vzdávajme vďaky Pánovi, Bohu nášmu.

Lud:

Je to dôstojné a správne.

Kňaz spieva alebo recituje s rozopätými rukami prefáciu čiže pieseň vďaky. Na konci prefácie kňaz zloží ruky a zakončí ju spolu s veriacimi, spievajúc alebo nahlas recitujúc:

Svätý, svätý, svätý Pán Boh všetkých svetov. Plné sú nebesia i zem tvojej slávy. Hosanna na výsostiach! Požehnaný, ktorý prichádza v mene Pánovom. Hosanna na výsostiach!

(*V Rímskom misáli sú tieto eucharistické modlitby:

- 1. eucharistická modlitba alebo Rímsky kánon,
- 2. eucharistická modlitba,
- 3. eucharistická modlitba,
- 4. eucharistická modlitba,
- 1. eucharistická modlitba „o zmierení“,

Tunc sacerdos incipit Precem eucharisticam. Manus extendens, dicit:

Dominus vobiscum.

Populus respondet:

Et cum spiritu tuo.

Sacerdos, manus elevans, prosequitur:

Sursum corda.

Populus:

Habemus ad Dominum

Sacerdos, manibus extensis, subdit:

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Populus:

Dignum et iustum est.

Sacerdos prosequitur praefationem, manibus extensis. In fine autem praefationis iungit manus et, una cum populo, ipsam praefationem concludit, cantans vel clara voce dicens:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

In omnibus Missis licet sacerdoti celebranti partes praesertim praecipuas Precis eucharisticae cantareut infra, pp. 623ss., notis ditantur. In Prece eucharistica prima, seu Canone romano, ea quae inter parentheses includuntur omitti possunt.

- 2. eucharistická modlitba „o zmierení“,
- 1. forma eucharistickej modlitby v omšiach za rozličné potreby,
- 2. forma eucharistickej modlitby v omšiach za rozličné potreby,
- 3. forma eucharistickej modlitby v omšiach za rozličné potreby,
- 4. forma eucharistickej modlitby v omšiach za rozličné potreby,
- 1. eucharistická modlitba v omšiach za účasti detí,
- 2. eucharistická modlitba v omšiach za účasti detí,
- 3. eucharistická modlitba v omšiach za účasti detí)

Po slovách premenenia:

1. formula:

K: Hľa, tajomstvo viery.

Ľ: Smrť tvoju, Pane, zvestujeme a tvoje zmŕtvychvstanie vyznávame, kým neprídeš v sláve.

2. formula:

K: Vyznajme tajomstvo viery.

Ľ: Pane, keď jeme tento chlieb a pijeme z tohto kalicha, zvestujeme tvoju smrť, kým neprídeš v sláve.

3. formula:

K: Veľké je tajomstvo viery.

Ľ: Spasiteľ sveta, zachráň nás, veď ty si nás vykúpil svojím krížom a zmŕtvychvstaním.

Sacerdos, post consecrationem:

Mysterium fidei

Populus:

Mortem tuam annuntiamus, Domine, et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.

vel:

Quotiescumque manducamus panem hunc et calicem bibimus, mortem tuam annuntiamus, Domine, donec venias.

vel:

Salvator mundi, salva nos, qui per crucem et resurrectionem tuam liberasti nos.

Na konci eucharistickej modlitby:

Vezme paténu s hostiou a kalich, pozdvihne ich a hovorí:

Skrze Krista, s Kristom a v Kristovi máš ty, Bože Otče všemohúci, v jednote s Duchom Svätým všetku úctu a slávu po všetky veky vekov.

Ľud zvolá:

Amen.

Kňaz so zopnutými rukami vyzve ľud k modlitbe Pána:

Na príkaz nášho Spasiteľa a podľa jeho božského učenia osmeľujeme sa povedať:
(alebo inak)

Kňaz rozopne ruky a spolu s ľudom pokračuje:

Otče náš, ktorý si na nebesiach, posväť sa meno tvoje, príď kráľovstvo tvoje, buď vôľa tvoja ako v nebi, tak i na zemi. Chlieb náš každodenný daj nám dnes. A odpusť nám naše viny, ako i my odpúšťame svojim vinníkom, a neuveď nás do pokušenia, ale zbav nás zlého.

Ďalej pokračuje iba kňaz s rozopätými rukami:

Prosíme ťa, Otče, zbav nás všetkého zla, udeľ svoj pokoj našim dňom a príď nám milosrdne na pomoc, aby sme boli vždy uchránení pred hriechom a pred každým nepokojom, kým očakávame splnenie blaženej nádeje a príchod nášho Spasiteľa Ježiša Krista.

Accipit patenam cum hostia et calicem, et utrumque elevans, dicit:

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum.

Populus acclamat:

Amen.

Calice et patena depositis, sacerdos, iunctis manibus, dicit:

Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

Extendit manus et, una cum populo, pergit:

Pater noster, qui es in caelis: sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie; et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Manibus extensis, sacerdos solus prosequitur, dicens:

Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut, ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: exspectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi..

Ľud zakončí modlitbu zvolaním:

Lebo tvoje je kráľovstvo a moc i sláva naveky.

Potom kňaz s rozopätými rukami nahlas hovorí:

Pane Ježišu Kriste, ty si povedal svojim apoštolom: Pokoj vám zanechávam, svoj pokoj vám dávam. Nehľad' na naše hriechy, ale na vieru svojej Cirkvi a podľa svojej vôle jej milostivo daruj pokoj a jednotu,

Zopne ruky

lebo ty žiješ a kral'uješ na veky vekov.

Ľud odpovie:

Amen.

Kňaz, obrátený tvárou k ľudu, rozopne a znova zloží ruky, pričom hovorí:

Pokoj Pánov nech je vždy s vami.

Ľud odpovie:

I s duchom tvojím.

Diakon (kňaz) môže dodať:

Dajte si znak pokoja.

Podľa miestneho zvyku všetci si dajú navzájom znak pokoja a lásky.

Zbor zvolá:

Pokoj a bratská láska

Všetci pokračujú:

nech je medzi nami.

Lungit manus. Populus orationem concludit, acclamans:

Quia tuum est regnum, et potestas, et gloria in saecula.

Deinde sacerdos, manibus extensis, clara voce dicit:

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiae tuae; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris.

Lungit manus:

Qui vivis et regnas in saecula seculorum.

Populus respondet:

Amen.

Sacerdos, ad populum conversus, extendens et iungens manus, subdit:

Pax Dómini sit semper vobíscum.

Populus respondet:

Et cum spírítu tuo.

Deinde, pro opportunitate, diaconus, vel sacerdos, subiungit: Offerte vobis pacem.

Et omnes, iuxta locorum consuetudines, pacem, communionem et caritatem sibi invicem significant; sacerdos pacem dat diacono vel ministro.

Potom kňaz vezme hostiu, rozlomí ju nad paténou a kúsok hostie vpusť do kalicha. Pritom potichu hovorí:

Telo a krv nášho Pána Ježiša Krista, spojené v tomto kalichu, nech nám prijímajúcim osožia pre život večný.

Kým kňaz láme Chlieb, ľud hovorí alebo spieva:

Baránok Boží, ty snímaš hriechy sveta: zmiluj sa nad nami.

Baránok Boží, ty snímaš hriechy sveta: zmiluj sa nad nami.

Baránok Boží, ty snímaš hriechy sveta: daruj nám pokoj.

Ak lámanie Chleba trvá dlhšie, možno toto zvolanie opakovať viackrát. Len posledné zvolanie sa zakončí slovami *daruj nám pokoj*.

Potom kňaz so zopätými rukami potichu hovorí:

Pane Ježišu Kriste, Syn Boha živého, ty si z vôle Otca a za spoluúčinkovania Ducha Svätého svojou smrťou oživil svet. Týmto svojím presväтым telom a krvou zbav ma všetkých mojich hriechov a každého zla. Daj, aby som sa vždy pridržiaval tvojich prikázaní, a nikdy nedopust', aby som sa odlúčil od teba.

alebo

Pane Ježišu Kriste, nech mi prijatie tvojho tela a krvi neslúži na odsúdenie a zatratenie, ale pre tvoju dobrotu nech mi ochraňuje a uzdravuje dušu i telo.

Deinde accipit hostiam eamque super patenam frangit, et particulam immittit in calicem, dicens secreto:

Haec commixtio Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi fiat accipientibus nobis in vitam aeternam.

Interim cantatur vel dicitur:

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

Quod etiam pluries repeti potest, si fractio panis protrahitur. Ultima tamen vice dicitur: *dona nobis pacem*.

Sacerdos dicit secreto:

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis et universis malis: et fac me tuis semper inhaerere mandatis, et a te numquam separari permittas.

Vel:

Perceptio Corporis et Sanguinis tui, Domine Iesu Christe, non mihi proveniat in iudicium et condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam.

Kňaz pokrľakne, vezme hostiu, a drľiac ju trocha pozdvihnutú nad paténou, obrátený k ľudu nahlas hovorí:

Hľa, Baránok Boží, ktorý sníma hriechy sveta. Blažení tí, čo sú pozvaní na hostinu Baránkovu.

Potom spolu s veriacimi iba raz povie:

Pane, nie som hoden, aby si vošiel pod moju strechu, ale povedz iba slovo a duša mi ozdravie.

Kňaz, obrátený k oltáru, potichu hovorí:

Telo Kristovo nech má zachová pre život večný.

Úctivo prijme Kristovo telo.

Potom vezme kalich a potichu hovorí:

Krv Kristova nech ma zachová pre život večný.

Úctivo prijme Kristovu krv.

Potom vezme paténu alebo pyxidu a ide k prijímajúcim. Pozdvihne hostiu, ukáže ju prijímajúcemu a povie:

Telo Kristovo.

Prijímajúci odpovie:

Amen

a prijme Kristovo telo.

Ten istý obrad zachová aj diakon, akolyta alebo laik poverený rozdávať sväté prijímanie.

Sacerdos genuflectit, accipit hostiam, eamque aliquantulum elevatam super patenam tenens, versus ad populum, clara voce dicit:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Beati qui ad cenam Agni vocati sunt.

Et una cum populo semel subdit:

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

Et sacerdos, versus ad altare, secreto dicit:

Corpus Christi custodiat me in vitam aeternam.

Et reverenter sumit Corpus Christi.

Deinde accipit calicem et secreto dicit:

Sanguis Christi custodiat me in vitam aeternam.

Et reverenter sumit Sanguinem Christi.

Postea accipit patenam vel pyxidem, accedit ad communicandos, et hostiam parum elevatam unicuique eorum ostendit, dicens:

Corpus Christi.

Communicandus respondet:

Amen.

Et communicatur.

Eo modo agit et diaconus, si sacram Communionem distribuit.

Ked' podáva prijímajúcemu kalich, povie:

Krv Kristova.

Prijímajúci odpovie:

Amen.

Ked' sa dáva prijímanie namáčaním hostie, kňaz povie:

Telo a krv Kristova.

Prijímajúci odpovie:

Amen.

Ked' kňaz prijíma Kristovo telo, začne sa spev na prijímanie.

Po skončení prijímania kňaz, diakon alebo akolyta purifikuje paténu nad kalichom a potom aj kalich.

Pri purifikovaní potichu hovorí:

Pane, čo sme prijali ústami nech očistí a posväť naše srdce, a čo sme prijali pod spôsobom časných darov, nech sa nám stane zárukou večného života.

Potom sa kňaz môže vrátiť k sedadlu. Možno zachovať chvíľu ticha alebo recitovať nejaký d'akovný žalm, prípadne spievať primeranú pieseň, podľa toho, čo sa uzná za vhodnejšie.

Potom kňaz, stojac pri sedadle alebo pri oltári, povie:

Modlime sa.

Kňaz a veriaci zotrávajú chvíľu v tichej modlitbe, ak tak neurobili po prijímaní. Nato kňaz s rozopätými rukami prednesie modlitbu po prijímaní.

Dum sacerdos sumit Corpus Christi, inchoatur cantus ad Communionem.

Distributione Communionis expleta, sacerdos vel diaconus purificat patenam super calicem et ipsum calicem.

Dum purificationem peragit, sacerdos dicit secreto: Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus, et de munere temporalis fiat nobis remedium sempiternum.

Tunc sacerdos ad sedem redire potest. Pro opportunitate sacrum silentium, per aliquod temporis spatium, servari, vel psalmum aut canticum laudis proferri potest.

Deinde, stans ad altare vel ad sedem, sacerdos versus ad populum, iunctis manibus, dicit:

Oremus.

Et omnes una cum sacerdote per aliquod temporis spatium in silentio orant, nisi silentium iam praecesserit. Deinde sacerdos, manibus extensis, dicit orationem post Communionem.

Na konci modlitby ľud zvolá:

Amen.

Ak treba veriacim niečo oznámiť, možno to urobiť teraz.

Nasleduje prepustenie zhromaždenia. Kňaz sa obráti k ľudu a s rozopätými rukami povie:

Pán s vami.

Ľud odpovie:

I s duchom tvojím.

Kňaz požehná ľud slovami:

Nech vás žehná všemohúci Boh, Otec i Syn † i Duch Svätý.

Ľud odpovie:

Amen.

V niektoré dni a pri niektorých príležitostiach možno miesto tohto jednoduchého požehnania použiť slávnostnú formulu požehnania, alebo modlitbu nad ľuďom so záverečným požehnaním.

Potom diakon alebo sám kňaz, obrátený k ľudu, so zopätými rukami povie:

Id'te v mene Božom.

Ľud odpovie:

Bohu vd'aka.

Potom kňaz pobožká oltár ako na začiatku omše, spolu s posluhujúcimi urobí patričnú poklonu a odíde.

Populus in fine acclamat:

Amen.

Sequuntur, si necessariae sint, breves annuntiationes ad populum.

Deinde fit dimissio. Sacerdos, versus ad populum, extendens manus, dicit:

Dominus vobiscum.

Populus respondet:

Et cum spiritu tuo.

Sacerdos benedicit populum, dicens:

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius, † et Spiritus Sanctus.

Populus respondet:

Amen.

Quibusdam diebus vel occasionibus, huic formulæ benedictionis præmittitur, iuxta rubricas, alia formula benedictionis sollemnior, vel oratio super populum.

Deinde diaconus, vel ipse sacerdos, manibus iunctis, ad populum versus dicit:

Ite, missa est.

Populus respondet:

Deo gratias.

Deinde sacerdos altare osculo de more veneratur, ut initio. Facta denique profunda inclinatione cum ministris, recedit.

Ak bezprostredne po omši nasleduje iný liturgický úkon, záverečné obrady sa nekonajú.

Ak svätú omšu celebraval biskup, požehnanie udelí takto:

Biskup: Nech je zvelebené meno Pánovo.

Ľud: Od tohto času až naveky.

Biskup: Naša pomoc v mene Pánovom.

Ľud: Ktorý stvoril nebo i zem.

Biskup: Nech vás žehná všemohúci Boh, †
Otec † i Syn † i Duch Svätý.

Ľud: Amen.

Si qua actio liturgica immediate sequitur, ritus dimissionis omittuntur.

In Missa pontificali celebrans accipit mitram et, extendens manus, dicit:

Celebrans: Sit nomen Domini benedictum.

Omnes: Ex hoc nunc et usque in saeculum.

Celebrans: Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Omnes: Qui fecit caelum et terram.

Celebrans: Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, † et Filius, † et Spiritus † Sanctus.

Omnes: Amen.
